



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

**Parisiis, 1644**

VI. Vt cum clericis, qui ob culpas in monasterium retruduntur, sic agat abbas, vt ab episcopo fuerit constitutum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15221**

quia per ipsam mortem gustare dignatus est.

## VI.

Secundum Concilia priscorum orthodoxorum decreuit fraternitas, vt quicumque fuerit culpabilis inuentus clericus; aut honoratus de ciuitate, & ad monasterium fuerit deputatus, sic abba qui est præfectus cum illo qui dirigitur agat, sicut ab episcopo manifesta correctione fuerit ordinatum. Ali-ter si abba facere elegerit, pro correctione tempus aliquod suspendatur: quia ob hanc causam dirigitur, vt emendetur, non passim ferculis diuersis saturetur.

## VII.

Quicumque clericorum a maximo vsque ad in-  
fra contra sanctæ ecclesiæ vtilitatem agere, tracta-  
re, vel conari fuerit repertus, merito deiiciatur, qui  
fidem seruare minime cognoscitur.

## VIII.

Quicumque clericus, subdiaconus, diaconus,  
presbyter, sine conscientia episcopi aliquid de pos-  
sionibus, vel de domo ecclesiæ tulerit, aut frau-  
dem fecerit, non solum cum omni dedecore con-  
strictus restituat quod fecerit, sed etiam non debet  
ibi in ecclesia esse, vbi fraudem visus est operasse:  
duobus iaceat sub pœnitentia annis, & cum defle-  
uerit factum, reuertatur ad officium.

## IX.

Hoc ante omnia decretum est, vt Iudæis non li-  
ceat corpus defuncti deducere psallendo; sed vt eo-  
rum habuit mos & consuetudo antiqua, corpus de-  
ducant & deponant. Quod si aliter facere præsum-  
pserint, inferant comiti ciuitatis vncias sex.